VITA GEBEHARDI ARCHIEPISCOPI SALISBURGENSIS. CHRONICON ADMONTENSE
Admont (?), 1231-1259 Seite 33r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26934
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Pascalis episcopus seruus seruorum dei. Venerabili
filio Heinrico. abbati. Venerabilis monasterii quod
ad muntis dicitur in salzpurgensi parrochia constituti. eiusque
successoribus regulariter promouendis in perpetuum. Austri ter-
ram inhabitantibus per prophetam dominus precepit. cum panibus occurrere
fugienti. Idouro te fili karissime Heinrice te et fratres tuos de seculo ad
omnipotentis dei seruitium conuersos et ad eius faciem fugientes gratanter
excipimus. Quod nimirum cenobium reuerende memorie Gebhardus
salzpurgensis episcopus in honore et nomine beati blasii martiris in mon-
tanis sue diocesis edificasse cognoscitur. Per presentis igitur priui-
legii paginam. apostolica auctoritate statuimus. ut quecumque bona
quecumque possessiones. uel supradicti episcopi Gebhardi uel succes-
soris eius eque felicis memorie Tyemonis. aut aliorum fideli-
um legitimis donationibus aut iure quolibet ad ipsum hodie mo-
nasterium pertinent. siue in futurum concessione pontificum. liberali-
tate principum. uel oblatione fidelium. iuste atque canonice po-
terit adipisci. firma uobis. uestrisque successoribus permaneant et
illibata. Decernimus igitur ut nulli omnino hominum liceat. idem
monasterium temere perturbare. aut eius possessiones audere
ferre. uel ablatas retinere. minuere. uel temerariis uexatio-
nibus fatigare. sed omnia integra conseruentur. eorum de quorum
sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profu-
tura. salua salzpurgensis episcopi canonica reuerentia. Cui tamen
non liceat omnino uexationem aliquam uel consuetudinem
que regularium quieti noceat irrogare. Nec episcopo autem nec
abbati ipsi nec persone alicui facultas sit cenobii bona in feudum